

latio seu commutatio. Quæ quidem partim Grammaticæ & Rethoricæ, partim Logicæ sunt considerationis.

*Status Definitionis est cum de nominis alicuius definitione est controuersia. Ut, An fur-
tum sit nominandum spolium Ægyptiorum? An Abraham dicendo saram esse
fratrem, mendacium commiserit? An sacrilegus sit, qui in loco sacro furatur rem
profanam, vel rem sacram ex loco profano?*

*2. Status contrariarum legum est cum controuersiam pariunt contraria leges aut sen-
tentiae. Ut cum dicit Paulus hominem iustificari sola fide absque operibus legis:
Iacobus vero asserit hominem non iustificari sola fide absque operibus legis.*

*3. Status scripti & sententiae est cum controuersia oritur ex verbis scriptis, quando vi-
delicet scriptum seu τὸ πν̄τον à Λευών seu mente & voluntate auctoris discrepat,
ut cum dicit Christus Matth. 5. v. 29. Si oculus tuus dexter scandalizauerit te,
eruas eum. At hic πν̄τον retineri non potest, quia pugnat cum præcepto Domini,
Non occides. Hic itaque oritur status scripti & sententiae.*

*4. Status ambigui est cum verbum aut sententia ambigua dissensionem parit. Ut Matth.
1. v. 25. Ioseph non cognouit Mariam donec peperit filium suum primogenitum,
vbi Donec particula ambiguitatem parit.*

*5. Status ratiocinationis est cum incidit casus aliquis qui certam legem non habet. Ideo-
que ex similibus factis ratiocinando deciditur, ut de paedobaptismo non extat ex-
pressum testimonium, sed ratiocinando colligitur eos baptizandos esse, quia vi-
delicet saluandos oportet per baptismum inferi Christo.*

*6. Translationis status est cum non respondetur ad rem, sed reiūcimus actionem in aliud
tempus. Sed de statibus plura infra dicemus. Item de his legatur Quintilianus
lib. 3. cap. 6. 7. 8.*

Tantum de Thematē: sequitur Argumentum.

Cognito themate alter succedit labor in inueniendis argumentis. *Argumen-* *Argumē-*
tum est id quo thema arguitur, id est, declaratur vel demonstratur. Dicitur alias torum in-
ratio, item probatio. Horum doctrina ex arte Logica est petenda. *invenio.*

Argumentorum inuentio *generalis* est vel *specialis*. *Generalis*, quæ in omni nego- *Argumen-*
tio seu themate per decem argumentorum Logicorum genera considerari po- *ta Logica*
test, quæ sunt Causa, Effectum, Subiectū, Adiunctū. Dissentanea, Comparata, *que &*
Nomen, Distributio, Definitio, Testimonium. Quæ breuius ad has septem clas- *qualia.*
ses rediguntur, videlicet Consentanea, Dissentanea, Comparata, Nominum ex-
plicationem, Distributionem, Definitionem & Testimonium. Tot enim sunt
summa genera seu capita argumentorum Logicorum, quot sunt rerum arguen-
darum affectiones, quæ septem sunt, videlicet, Consensio, Dissensio, Compara-
tio, Nominum explicatio, Distributio, Definitio, Testimonium.

Hæc decem argumenta sunt summa rerum omnium & cognitionis atque *Argumē-*